



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Originvm Monasticarvm Libri IV.**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Cap. II. Congregatio Clericorum S. Pauli.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11249**

alumnis congregationis Somaschenfis fundamenta iecit, multis fulgens miraculis. Nam cum fame multi in proximis regionibus ob victus inopiam conficerentur, ipse pane in gremio suo diuinitus aucto non solum suos, sed etiam exteros quosque aduentantes pa- uuit. Ita verò dæmonibus erat formidolosus, ut eos è multis obsessorum ad eum caterua- tim aduenientiū corporibus eijceret. Spiritu quoque Prophetico afflatus, multa, quæ ita euenere, prædixit. Denique obitus sui præ- sciens, annum quinquagesimum agens ætatis, 9. Martij cessit è vita, anno reparationis no- 1537. stræ millesimo quingentesimo tricesimo sep- timo. Ita Philippus Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ, ex eius Vita per Andream Stellam, e- iusdem Congregationis Præfectum gene- ralem scripta.

Officio nondum colitur Ecclesiastico: se- pulcrum tamen eius in multo est honore, ob varia miracula ibi patrata.

## CAPVT II.

*Congregatio Clericorum  
S. Pauli.*

Congregatio Clericorum S. Pauli, apud Italos pariter florens, an. 1533. à Clemente VII. est confirmata: à quo sit instituta, certè nondum comperi.